



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 150. Classis a Rege Lusitaniæ contra Turcas in Italiam missa

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. bebatur, favebatque eidem Soror ejus  
A.C. 1451. Blanca, tanta Patris indignatione, ut eo,  
legitimo licet hærede, excluso Regnum  
in Comitem Fuxensem generum suum  
transferre cogitaret. Adeo autem Na-  
varrensisbus displicuit hoc consilium, ut  
illud elusuri, Carolum Pampelonis Re-  
gem proclaimarent, et si itinere ad Patruum  
suum Alphonsum in Italiam suscep-  
tunc abesset. Hæc non levia quoque  
erant Turcici belli obstacula; nec minus  
oberat bellum ab Henrico neo-electo Ca-  
stellæ Rege adversus Mauros suscep-  
tum, propter quod ingentes collegit co-  
pias, quibus tamen nil nisi agrorum vasta-  
tiones, ac incendia intulit, nec unicam ur-  
bem recuperavit, tanto Castellanorum  
dolore, atque pudore, ut ipsum Regem  
captivitati tradere molirentur, quæ tamen  
consilia ipse festino ad tutiora recessu  
elusit. Ceterum Alfonius Italicæ soli  
amœnitate adeo delectabatur, ut nunquam  
in Hispaniam redire voluerit, quamvis  
plurimorum votis exoptatus, ejusque  
præsentia oppido necessaria esset, ut Na-  
varrae Regem fratrem suum cum Nepo-  
te conciliaret.

## §. CL.

*Classis a Rege Lusitaniae contra Turcas  
in Italiam missa.*

Rex Lusitaniae ceteris Religionis zelo  
arden-

ardentior validam classem destinavit in ~~secul.~~ XV.  
 Italiam, quam reliquorum Principum na- A. C. 1454.  
 vigiis jungere parabat. Verum hæ sup-  
 petiæ suo frustabantur successu ; pluri-  
 mum enim in Italiæ Principibus fervens  
 Turcas aggrediendi studium remittebat, *Marian.*  
 ac præterea novæ succrescebant turbæ lib. 22. t. 17.  
 inter Senenses & Genuenses. Lusitani  
 etiam, duce Henrico Alphonsi Regis Pa-  
 truo, annuis navigationibus usque ad  
 Promontorium bonæ spei, quod ad exti-  
 ma Africæ litora situm est, procurrebant,  
 Christianæ Religionis studio, aut magis  
 forte ibidem mercaturæ exercendæ desi-  
 derio accensi. Tentabat Joannes Ca-  
 stellæ Rex negotium istud impedire, eo  
 obtentu usus, quod illa Africæ litora  
 suarum ditionum pars essent ; additis e-  
 tiam minis, se eidem, ni consilium mu-  
 taret, bellum longe atrocissimum illatu-  
 rum. Reponebant Lusitani, se nihil con-  
 tra jus, fasque moliri, proin spe lactari,  
 Castellæ Regem, donec juris controver-  
 sia maturius discuteretur, contra eos haud  
 arma moturum. Finita tamen est lis  
 per Castellæ Regis obitum, & pax con-  
 tracto connubio Henricum inter Joannis  
 Filium, & Joannam Regis Lusitaniæ so-  
 rorem utrique Regno reddita est ; aliis  
 tamen dissidiis paulo post exortis bellum  
 acrius erupit.